

כִּלְיֵי תְּשִׁירָה
בש"ה

ORGANOΦΥΛΑΚΙΟΝ ΜΥΣΙΚΟΝ
CODICIS HEBRAEI

in Disputatione

PRO LOCO

In Amplissimo

PHILOSOPHORVM ORDINE

benevole sibi concessio

Ad D. Novembr. An. clc lcc IC.

habenda

M. MICH. HENR. REINHARDVS,

Respondente

M. CHRISTOPHORO LISKIO,

Dulbitio - Lufato,

pandet, atqve ex eo quaedam publice exponet.

VITEMBERGAE,

Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

5
Serenissimi ac Potentissimi
POLONIARVM REGIS
&
ELECTORIS SAXONIAE
SVPREMO SENATVI ECCLESIASTICO,
VIRIS

*Per-Illustri ac Generosissimo,
Magnificis, Summe Reverendis, Consul-
tissimis atque Excellentissimis,*

PRAESIDI EMINENTISSIMO,
&
ADSESSORIBVS GRAVISSIMIS,
DOMINIS MEIS AC MAECENATIBVS

Optimis Maximis,
preces ad DEVM supplices
studiaque ac servitia, quantulacunque sint,
dum vivam, sacra spondeo

TANTORVM NOMINVM

*cultor devotissimus,
obsequentissimus,*

M. Mich. Henr. Reinhardus, Phil. Adi.



בשה



Disceptatum quondam est nostros
 interatque eos, qui Calvini scholas seque-
 rantur, an in publico piorum coetu Musi-
 corum organa canere conveniat, illi, & im-
 munitis *Vurtembergenses* in Colloquio *Mom-*
pe'gardensi, strenue asseriebant; *Beza* vero,
 tunc $\delta \epsilon \zeta \epsilon \nu \alpha \nu \lambda \iota \alpha \varsigma$, *Pareus* (a), *Musculus* (b),
Tilenus (c), *Petrus Kauanellus* (d), alii, Ecclesiae Dei $\epsilon \nu \nu \omicron \nu \tau \alpha$, puel-
 lorum & puellarum crepundia, Iudaeorum ruditati & pueritiae
 convenientia, quae durae cervicis & stupidae mentis populo DEUS
 indulserit, & quid non? appellabant. Neque adeo negarim, pri-
 mam novi foederis aetatem a concentu isthoc fere abstinuisse, ut
 quem genuini earum rerum scriptores ignorant plane & omittunt.
 Saltem illi, quos *Boxhornius* (e) affert, nihil efficiunt: *Justini Mar-*
tyris (f) testimonium & mentitur auctorem (g) & sententiae plane
 adversatur: Ibi enim $\mu \epsilon \tau \alpha \tau \omega \nu \alpha \psi \upsilon \chi \omega \nu \omicron \rho \gamma \alpha \nu \omega \nu$ canere, $\nu \eta \pi \iota \omicron \iota \varsigma$
 convenire docetur, ideoque $\omega \rho \gamma \alpha \iota \rho \epsilon \tau \alpha \iota$ additur, $\epsilon \nu \tau \alpha \iota \varsigma \epsilon \kappa \kappa \lambda \eta$ -
 $\sigma \iota \alpha \iota \varsigma \eta \chi \epsilon \eta \sigma \iota \varsigma \tau \omega \nu \tau \omicron \iota \epsilon \tau \omega \nu \omicron \rho \gamma \alpha \nu \omega \nu$, abrogatum esse eorum usum,
 & $\tau \omicron \alpha \tau \alpha \alpha \omega \lambda \omega \varsigma$ retentum. Quos ex *Prudentio* (h) versus reci-
 tat, tubae, tibiae, chelydis, testudinis aliorumque laudes Christo

Licet in tem-
plis organis
canere,

utut Veteres
post C. N. iis
abstinuerint,

A

vin-

a) in 1. Cor. XIV, 7. b) in Psal. XCII. c) Organis pneumaticis
 maxime infensus in Syntagmate Theologico. d) in Biblioth. voc. Mu-
 sica. e) in Epistola quadam ad Constantinum Hugenum, qui
 de Musicorum in Ecclesia instrumentorum usu scripserat. f) O-
 pere 146. Quaest. & Respons. ad Orthodoxos, qu. 107. g) Rationes
 vide apud Antonium Possevinum in Apparatu, Bellarminum de
 Script. Eccles. Sylburgium & c. h) in Apotheosi contra Judaeos.

vindicantes, ad S. eumque publicum coetum non pertinere *Baronio* iam *Bebelius* (i) demonstravit. Reliqui, siue *Boxhornius*, siue alii, quos studio reticemus, ad eos provocent, non nisi hymnos humana voce decantatos probant (k), id quod tamen primum adeo temperate factum, ut psallens pronuncianti vicinior esset, quam canenti (l). Quin & diserte *Augustinus* (m), & auctor *quaestionum Justinianearum* (n), *Chrysostomus* (o) item & *Isidorus Pelusiota* (p) citharae atque aliorum organorum cantus a sacris abesse iubent, & ex *D. Thoma* (q) non incommode colligitur, in sua saltem ecclesia eorum usum nondum fuisse frequentatum, unde Russos adhuc ab illo cultu abstinere nuper admodum edocti sumus (r). *non tamen* Tantum vero abest, ut ideo nos quoque in adversariorum gratiam *prohibuerunt, cum* laudes nostras divinas, a Deo olim institutas (s), a tot sanctis viris & Prophetis dicto factoque commendatas, & ab Apostolis haud *praeter rationes alias* repro-

i) *Antiquitatum Eccles. P. II. seculi IV.* k) *Cyprianus ad Donatum, Tertullianus in Apologetico, Clemens Alexandrinus Lib. VI. Stromatum. Conf. Plinius in Ep. 97. ad Traianum, Eusebius Lib. II. Hist. Eccles. cap. XVII. & Lib. V. c. XXV.* l) *Qualem Musicam ab Athanasio institutam Augustinus laudat Lib. X. c. 33. Confess. etiam ab Ambrosio ad morem Orientalium (Basiliensi forte) introductam. Ib. L. XI. c. 7. de Ambrosio conf. praeterea Rhabanum Maurum Lib. II. de Institutione Clericorum, cap. 48. unde & Vossius, c. XXI. de Scientiis Mathematicis non sectatos esse Veteres minuritionum delicias docet.* m) *Conc. 1. in Ps XXXII.* n) *qu. 107.* o) *Homil. in Ps. CL.* p) *in Epist.* q) *2. 2. quaest. 91 art. 2.* r) *cap. VI. des Moscovitischen oder Neussischen Kirchen-Staats/ quem Jo. Georg. Pritius edidit.* s) *Num. X, 10. 2 Paral. XXIX, 25. c. VIII, 14. ubi David, primus auctor, vir Dei & יְהוָה אֱלֹהֵינוּ dicitur, is enim ac Samuel omnia fecerunt כְּמִנְחָה לַיהוָה aus Gottes Befehl und ihren Stauben. 1. Sam. VII, 5. unde 1. Par. XVI, 42. כָּל־יְשִׁירֵי הָאֱלֹהִים appellatur. Durum vero dictu est, tot sanctos viros dura cervice puellorum crepundiis celebrasse DEUM, & Spencerianum commentum sapit. Ac licet cum R. Isaacide in 1. Par. XXIX, 25. non diffiteamur, in lege Moisaica mandatum expressum de organis Musicis in sacrificiorum cultu adhibendis vix reperiri, quod adhuc tamen ipse controversum facit,*

reprobata (t), intermittamus, ut potius ipsam religionis reverentiam & auscultantis pietatem quodammodo augere arbitremur, eos alioquin, qui re, quam sanctam esse oportebat, turpiter abutuntur, una cum aliis merito abominantes. Si de splendore nimiaeque copia quis conqueratur, *ὉργανοΦυλάκιον* Hebraei Codicis nobiscum intret, quod aliquantum curatius pandere animo constitutum erat, idque ex eorum desiderio, quorum apud nos auctoritas multum valet. Ut enim videri poterat, res omnis ab *Atanasio Kirchero*, in *Musurgia*, *Zacharia Rosenbachio*, in *Mose omniscio*, *Michaële Praetorio*, in *Syntagmate Musico*, *Andrea Sennero*, in *Dissert. de Musica Hebraeorum*, *Augusto Pfeiffero*, in *Dubiiis vexatis*, summe *Rev. Christophoro Sontagio*, in *Titulis Psalmorum*, forte etiam *Salmasio*, de *Instrumentis Musicis Veterum* si prodisset, aliisque praeoccupata; omnino tamen nondum singula confecerunt, & aliorum industriae, ni mellem, spicilegium certe satis amplum reliquerunt. Sed torrentem ingressuri oceanum deprehendimus, maiori otio, subsidiisque largioribus aliis exhausti-

ὉργανοΦυλάκιον Heb. Cod. satis amplum sit.

A ;

endum.

provocans ad Talmudicos Dd. in Tract. ערכין fol. 11. docentes omnino id quaerendum esse in dictione עבורת עבודה Num. IV. v. 46. ubi cum offerendi ceremoniae alius sane distinctus cultus adiungatur, id argumento esse, Musicam per hunc intelligi: quin & alterum משה ועבורת משה non incommode huc trahi, quod 1. Par. XV, 19. per modulationem vocis explicetur. Certe Num. IV, 46. עבורת עבודה cultum cultus non nisi cymbala & citbaras indicare arbitratur, עבורת אחרת haec enim tanquam ornatus peculiaris alteri ordinario cultui addebantur. Et eadem ratione Michlal Jophi Musicam ad hunc locum trahit, עבורת הקרבן utpote quae cultus oblationum erat; Sufficit tamen DEUM per Prophetas suos sequiori tempore id praecepisse, ceu Raschi merito nobiscum urget. 1 Cor. XIV, 7. ubi tamen ad usum sacrum in conventibus Christianis frequentatum Apostolum respexisse, quod Balduinus cum aliis h. l. autumat, non crediderim. Vid. Col. III, 16. & Eph. V, 19. & quae Hieronymus in Ephes. Beza. alii, imprimis conf. quae Ger. Jo. Vossius ad citatam Plinii Epist. observat ad calcem Tract. de cognitione sui, Amstel. 1656 pag. 31 32. 33.

endam. Nunc ex collectis schedis pauca, quae obscuriora quaedam loca S. Codicis exponunt, tradimus, DEUM primum precantes eiusque largam gratiam, ut id, quo a piis olim laudabatur, iam quoque aut impofterum in ipsius unius gloriam a nobis explicetur.

* * *

*Inventor
Musicae In-
strumentalis
est Jubal,
Gen. IV, 21.*

*עוגב tibi-
am notat,*

I. Inventionem huius Musicae primam ante universalem orbis *κατακλυσμὸν* in *Mose* (a) reperimus, qui Jubalem, hominem, non ex stirpe Sethi, sed profanum (b), vocat *אבי כל תבש כנור* *עוגב*, quod *Chaldaeo*, R. *Salomone Isacide* & *Ben Melech* interpretibus Magistrum Musicorum notat, eumque primarium, qui reliquos instituit, cum & patrem filio priorem esse oporteat. Ego equidem existimo, fidium cantores atque tiliarum hic commemorari: de illis consentiunt, at quorsum pertineat *עוגב*, valde adhuc controversum est: unde non immerito *Drusius* ac *Mercerus* (c) organum nobis & Hebraeis ignotum vocant, & plerique, *Vulgata*, *Pagninus*, *Arias Montanus*, *Piscator*, alii, ambiguum organi vocem retinent, fateturque *AbenEsra* (d), quantumvis *עוגב* ex *Esa. XXIII, 20.* derivari queat, nesciri tamen nomen eius, & nihil certi, sed opiniones tantum dari. Idem apud *LXX* videas alicubi (e), licet h. l. malint fidicines, unde *ψαλτήριον* (f) & alias *ψαλμὸν* appellarunt (g). Videntur ergo *Seniores* illi sententiae communis de vetustissimo chordarum invento auctores extitisse, quod & in *Kirchero* (h) observamus. Inde lyram *Mercerus* (i) habet, Tigurina versio fidiculam (k), *AbenEsra* (l) etiam, *Kimchius* (m) & *Ben Melech* (n) *כלי הנגון* iis, quae pulsari debent, annumerant, denique *Saadias Gaon* (o) cum *Chaldaeorum סבכא* sambuca confert. At enim vero rectius tiliarum genus intelligi censemus, cum id *Chaldaeus* constanter per suum ubique *אבוכא* explicet, quod vel inviti ali-

a) *Gen. IV, 21.* b) aliter censet *Botsaccus* in *Moral. Gedan. voc. Instrumentum.* c) in *Job. XXI, 12. XXX, 31.* d) in *Dan. III, 5.* e) *Psal. CL, 4.* f) adde *Ezech. XXXIII, 32.* g) *Job. XXI, 12. XXX, 31.* h) in *Musurgia universali Lib. II. c. 1. § 4.* i) in *Job. XXX, 31.* k) *Psal. CL, 4.* l) in *Gen. IV, 21.* m) in *Michlol R. עוגב.* n) *Psal. CL, 4. & Ezech. XXXIII, 32.* o) in *Dan. III, 5.*

aliquando *Kimchius* & *Ben Melech* fassi sunt, *Isacides* item (p), sed quantus testis? & *David Cohen de Lara* (q) pluribus assensu suo comprobant: Illud autem tibiam notare alibi fusius docetur (r). *Lutherus* certe, *Gerhardus* (s), *Piscator* (t) & *Casspar Bartholinus* (u) norunt per organum pneumaticum explicari, quod & *Castalionis* modulos (x) velle autumo, cum eos in aërem formari, siue voce fiat, siue tibiis, certum sit, itaque harum modos non semel apud *Ciceronem* (y) *Terentium* (z), *Virgilium* (a), *Prudentium* quoque (b) aliosque reperio, fidium non item. Ecquis enim persuadebit sibi, hominum, ventorum auiumque sibilos minus occasionem dedisse fistularum fabricae, quas ad similitudinem naturae ex auena, arundine, tibiis gruum, aliisque cauis plantarum thyrsis efformabant, quam filorum ad varia compingenda usus? quod *Kirchero* repouendum erat (c).

II. Alioquin vox ab *צִיב* ducenda, quae iuxta *Kimchium* & *Ben Melech* res amatorias significat, & *Isacide* monente, de iis dicitur, *ginem amoz* qui moechorum instar cum mulieribus colludunt, ut *Ezech. XXIII*, *ribz decan-* *20*. patet (d). Inde puto tibiis nominatas, quod profanis rebus & *tandis a-* amoribus plerumque a pastorum grege decantandis aptissimae *ptam*. essent, unde *Rasbi*, vocem hanc non nisi de lusu exponi debere, recte satis mecum censet (e). Certe si qua Poëtarum fabulis habenda fides, apprime huc quadrat ea, quae de *Pane* est, quem *Plinius* (f) & *Seruius* (g) fistulae inuentorem praedicant: Scilicet cum is *Syringen*, *Arcadiae* nympham, adamaret, ut

Ouidi-

p) in *Ezech. XXXIII*. q) in *Lexico Talmudico-Rabbinico*. R. *צִיב*
 r) *Conf. Stuckius de Sacrif. p. 3. & Antiquit. Conuiu. lib. 3. cap. 20. ubi tibiae nominis deriuationem fuse persequitur.* s) *Comment. in Gen.*
 t) *Job. XXI*. u) *de Tib. Vet. lib. 1. c. 3.* x) *Pf. CL.* y) *1. de Orat. & 2. de Nat. Deorum.* z) *Vid. Tituli Comoediarum.* a) *Eclog. 7. & 10.* b) *Lib. Apotbeos.* c) unde *Lucretius*, *liquidus auium voces imitari dudum ante fuisse, canit, & apud Athenacum lib. 9 c. 13.* *Ponticus Chamaeleon Musicam exegitatum scribit auium imitatione.* *Conf. Scaligerum l. 1. c. 4. & Plinium in Polydoro Lib. 1 c. 14. de Inuent loquentem.* d) in *Jer. IV, 30.* e) in *Job. XXI, 12. facit mecum Calouius Comm. in Gen. b. l.* f) *Lib. 7 c. 56.* g) *ad Virg. Ecl. 2.*

Ex. XXXIII,
32.

Ovidius (h) habet, fugit illa ad *Ladonem* fluuium, & nympharum aliarum auxilio in palustres cannas est mutata, ex quibus Pan ad amoris solatium primus sibi fistulam confecit. Putarim hic historiam latere, sed tamen *Jacobus Tollius* (i) ad *Chemiam*, ignem imprimis, applicat, alii alia mysteria quaerunt (k). Nomen vero omnibus tiliarum generibus impositum, sicuti alias quoque fieri consuevit (l). Nec incongrue quis dicat *Ezechielem*, Prophetam (m), *עגב* Musicam *עגב* *עגב* *עגב* *עגב*, ab ea, quae fit assa voce, vel tactu fidium distinctam retulisse, quod insipienti textum patebit. Neque erraret, qui phrasin commatis antecedentis, *עגב* *עגב* *עגב*, de tiliarum cantu intelligeret, cum ille per os formari debeat; *R. Isacides* pro ipso *עגב* poni censet mecum, re ipsa tamen subsannationes Judaeorum notari, de quibus etiam *Kimchi* explicat, quasi dicat Dominus: illi sermones tuos sibi gratos ore profitentur, cum tamen in corde aliud sentiant (n), & illudunt tibi (o). Atque ita quidem *Targum* quoque habet, utut alias & in sequentibus pro eodem *עגב* suum *עגב* retineat, idque observante *Michlal Jopbi* interpretetur ita ex Psalmo CL. pro more suo: ibi tamen textus idem dicit, quod in antecedente, cantilenam scilicet blandam quidem, sed qua ipsum deridebant, uti rursus *Kimchi* commentatur. Ad apparatus S. certe nullibi referri legas, neque aliud ex *Psalte* (p) probari crediderim, cum ibi non in templo tantum, sed & alibi ab omnibus hominibus laudari DEUM iubeat. At enim vero coniectura nihil hic efficio, interim *Chaldaeo*, *Isacidi* & *Coben de Lara* maiorem fidem habeo, quam LXX. de qui-

h) *Lib. 1. Metamorph.* i) *in Fortuitis cap. V.* k) *Conf Virgilium Ecclog. 2. & Polydorum Verg. de Inuent. Rerum L. 1. c. 15. & quae Bartholinus de Tib. Vet Lib. 3. c. 6. habet.* l) *Sic Isidor. Origin. Lib. 2. c. 20. obseruat tibias dictas primum, quod de ceruinis tibiis cruribusque hinnulorum fierent, inde vocatas ita etiam, quae non de cruribus ossibusque factae.* Cicero *pro Roscio Comoedo*, & *Lib. 2. de Republ.* Aelius Spartanus *item in Seuero tibias pro organis ἐμπνευστικὰς habent, qui ultimus & cum Philostrato in Aristocle lyram pro pulsatilibus posuit.* m) *c XXXIII, 32.* n) *in Michlal, b. R.* o) *in Commentario.* p) *Psal. CL.*

de quibus scio, & inferius alibi que demonstrabo, parum eos *ἀκρι-
βείας* in exponendis illis organis, maxime, si minus nota fuerint,
adhibuisse.

III. Cum vero post Noachi ex Arca egressum novos orbis *Quis post
deletum or-
bem Musi-
cā coluerit?
Aegyptii.*
incolas reciperet, Aegyptios a Chamo & Mesramo, filio, in-
structos artem didicisse & coluisse, *Kircherus* inde probat, quod
Musices etymon ab eius gentis voce Moys deducendum sit (q);
At Aegyptiis non licere Musicam discere *Diodorus Siculus* (r)
auctor est. Nos nihil certi affirmamus, modo Pythagoram (s)
Orpheum, Linum, aut istius temporis quemuis alium a *Polydoro
Vergilio* (t) recensitum, non assumimus. Pythagoraeos quidem *Pythagoras.*
πυθαγόρειον μουσικὴν in pretio habere Musicam *Jamblicus* (u) refert,
& iidem, *Philone* teste (x), *πῶς κέρματα τῆς λύρας ἐχρῶντο πρὸ
τῶν ὕπνων* ad lyram lenibant mentes, cum somnum peterent,
ut *Quintilianus* (y) loquitur, quas & ad eandem excitasse, cum
evigilassent, ibidem edocet; Plus posse tibicines ad corrigendos
mores, quam Philosophos Pythagoras dixit, fide *Sexti Empyri-
ci* (z). Eum ipsum vero artem inuenisse, tantum abest, ut potius
ex *Jamblicho* a) demonstrare annitatur *Jo. Schefferus* (b), quo-
modo is *μουσικῆς ἐπ' ἀκρον' ἐλθὼν παρὰ μάγους* ad summum
Musices fastigium apud Magos peruenerit: carmina enim & ly-
rae, & id genus alia ad magiam temporibus etiam antiquissi-
mis solebant adhiberi. *Pamphῶς Atheniensis*, & *Orpheus*, *Orpheus,*
quem cum *Jedithune*, *Dauidis Cantore*, plerumque confundi *alii.*
Kircherus (c) arbitratur, adhuc recentior est *Pelope*, ut monet
Pausanias (d), hunc vero harmoniam Phrygiam in Graeciam
traduxisse idem testatur. *Σύγχερος* illi *Amphion* (Pelopis e-
nim sororem matrimonio habebat) Lydios modos iam a Lydis

B

ab af-

q) in *Prodromo Copto*. r) *Lib. 1.* s) quod *Maximus Tyr. dissert. XXI.*
Laërtius item & *Boëthius Lib. 1. Musices cap. 10. & 11.* *Plutarchus de
Musica*, alique volunt; si tamen magis culta ab eo esse dicatur, non
adeo contradicemus. t) *de inuent. rer. Lib. I. c. 15.* u) *Lib. I. c. 29.* x) *de
Iside, circa fin.* y) *Lib. 9. c. 4.* z) *adv. Mathem. lib. 6.* a) *Lib. 1. c. 4.* b)
de natura & constitutione Phil. Italicae cap. 5. c) *Musurgia, Lib. 2. c.
4.* d) *Lib. 9.*

Apollo &
Mercurius.

Judaei.

David, Sa-
lomon.

ob affinitatem Tantalii didicerat, καὶ χορδαὶς ἐπὶ τέσσασι, τοῖς
πρῶτερον, τρεῖς ἐνευράων & praeter quatuor chordas ante notas ad-
huc tres invenerat (e). Ita Linum, Orphei Praeceptorem, Ae-
lianus quidem memorat (f) docuisse Herculem fidibus canere,
sed invenisse minime. Alioqui vere laudes illas Phrygibus Cle-
mens Alexandrinus (g) vindicat, Satyro, Hyagni, Olympo,
Marfyae (h). Communis est sententia de Apolline, citharae (i),
& cum primis Mercurio, trichordis lyrae (k) auctoribus, cumque
Graecus ille Mercurius saepe cum Aegyptio misceatur, ut ab ipso
Diodoro factum Marshamius (l) docet, eum vero non pauci
de Mose, Israelita, interpretentur, ad hunc demum Musices
primordia referri legas, de quo tamen iudicare, ut ut omnia
antiquiora censeamus, nostri non est instituti (m). Judaeos cer-
te ex Aegypto reduces artis huius non ignaros fuisse ex ipso
Mose discimus, cuius soror Miriam in choro feminarum DEVM
tympanis aliquando celebrabat (n), quibus hinc inde paria ve-
stigia leguntur, donec tandem ad aetatem regiam deveniatur,
utpote qua mirum quantum Dauide cum primis auctore, Salo-
mone filio, cultore, splendor sacrae Musices excrevit. De-
monstratum hoc est ante, & adhuc probari potest, non ex di-
vinis tantum testimoniis (o), verum ex Josepho quoque (p), & qui
hunc

e) Herodot. l. 4. c. 31. f) Lib. 3. var. hist. c. 32. g) Strom. lib. 1. h)
Consentit auctor Parius Arundelliani marmoris, quod Marsham.
Can. Chron. Sec. IX. exhibet. Conf. Seldenum ad illam Epocham,
Euseb. Lib. X. Praep. Evang. Bartholin. de tibiis Vet. Lib. 3. c. 2. Hy-
agnis vero Marfyae pater est, & hic Olympi praeceptor. i) Pausan. in
prior. Eliacis, Ouid. Metam. 1. k) de quo ap. Diod. Lib. 1. cap. 2. Lu-
cian. in Dial. Apoll. & Vulc. Pausan. in Arcad. Nicandrum in Alexi-
pharm. Homerum in Hymno Mercurii. Conf. Jul. Caes. Scalig. L. 1.
de Art. Poët. c. 43. & 48 & Nat. Com. lib. V c. 5. l) Canone Chron.
Sec. 1. Quinque enim Mercurios Cicero de Nat. Deorum enumerat,
tres Graecos & duos Aegyptios. m) plura vid. ap. Pancirollum de
reb. memor. Lib. 1 tit. 39. & in hunc Salmuthum, Mich. Praetorium
Synt. Mus. T. 1. P. 2. c. 2. & quantum ad tibiis Bartholin. Lib. 1. c. 3.
n) Exod. XV. o) Amos, VI, 5, 2. Paral. VII, 6. p) Antiqu. l. 7.

mentum vocis cantum esse contendit (e), ut adeo instrumenta
 appendicis loco tantum accedant, quo refero, quando 2. Par. IX,
 11. לְשָׂרִים pro Cantoribus citharae & nablia parantur. Itaque
 & παραλειπομένων auctori satis erat, illud, quod caput est, no-
 minasse, ad quod organa, non vi vocis, sed ex usu rei perti-
 nebant; atque sic facile assentirer, cum imprimis & apud He-
 braeos commentatores non infrequens sit haec acceptio. Alia
 ratio coniugati est ex Piel מְשֹׁרֵר, quod genuinum nomen fuit
 Cantorum, Asaphi, Ethanis, Hemanis, Jeduthunis sociorum-
 que ac posterorum, horum autem omnino fuit non tantum vo-
 ce, sed & cymbalis, nabliis ac citharis cantare (f), quibus Le-
 vitarum principem annumero, a Rege ἐν θέρῳ praefectum מִשָּׁנָה
 i. e. Isacide interprete, בְּנִשְׂאוֹת הַשִּׁיר ad dirigendos modos Mu-
 sicos, instruebat enim reliquos, & corrigebat in iis, quae ad mo-
 dulationes spectabant, ut Musices decorum efformarent, tonum-
 que recte eleuarent aut deprimerent (g): Neque id diffiteri po-
 test Ben Melech cum Praeceptore Kimchio, non incommode a
 quibusdam explicari מִשָּׁנָה per eleuationem vocis, quantumuis
 malint ipsi prophetiam hic intelligi, in qua non tam doctores
 aliorum, quam ipsi eruditi ceterisque excellentiores fuerint. Sed
 praefero priorem Raschi interpretationem, quae magis ad rem
 accedit, & est simplicior, dum praeterea ex loco simili vocem
 מְבִין hic doctorem notare ostendit (h).

1. Par. XV,
 22.

1. Par. XVI,
 42.

V. Meretur hac occasione expendi locus 1. Par. XVI. 42.
 ubi David reliquisse dicitur עִמָּהֶם הַיָּמִן וּיְרוֹתָוֹן penes Hema-
 nem & Jeduthunem etiam כְּלֵי שִׁיר הָאֱלֹהִים instrumenta Mu-
 sica DEI: Ita enim R. Davidem & Ben Melech secuti recte expli-
 cant Junius & Tremellius, & error aliorum communis est, qui
 ellypsin praepositionis כְּ inferunt, quasi praeter ante enumera-
 tos, reliquerit Cantores illos cum instrumentis. Etenim sic He-

man
 e) in Kele Mikdash. cap. 3. quod ulterius erudite Thomas Gata-
 kerus in Cinno Lib 1. c. 11. ex Graecorum pluribus testimoniis probat,
 unde & prius ore cantum esse docet Vossius de Nat. & Constit. Poët.
 f) 1. Par VI, 31. XIII, 8. XV, 19. XXV, 1. 2. Par. V, 11. XXIII, 13. & c. g)
 ad 1. Par. XV, 22. h) ex 1. Par. XXV, 7. 8.

man & Jeduthun iam commate 41. constituti, denuo inducerentur, quod inconueniens. Neque tamen inde suffixum pleonasticum, cum *Vasmutho*, &, qui hunc sequuntur, *Grammaticis* dicendum, sed potius post suffixum addi tantum nomina declarationis ergo, quae *Kimchiana* regula in *Michlol* etiam atque *Aben Esra* (i) traditur, & variis exemplis ab Hebraeis ipsis comprobatur (k). Nec dissentit R. *Salomo*, hunc semper כְּשֵׁוֹטֵן sensum literalem esse; ceteroquin lusus eius mysticos, quibus pro more delectatur, non moramur (l). Commodissime itaque redderes: *Reliquit una cum illis, Hemane scilicet & Jeduthune*: Dubium enim erat, utrum suffixum ad hoc magis an ad alios etiam ante nominatos referri debeat. *Instrumenta DEI* vocat, quod cultui diuino sacrata erant, & ad שִׁיר בֵּית יְהוָה Musicam templi unice spectabant, quod ideo moneo, ne observationem *Kimchii* (m), qua scriptura rei ἐξοχνη & superlatiuum velut *an nomina ostensura*, nomina DEI apponit (n), ut cum Latinorum *diuino Dei Hebrae-* fere concidat, nimis extendamus, & nudam ἀξίον maiorem *is superlati-* que tantum rei gradum asseramus, cuius tamen DEUS verus *vum notent?* bi auctor aut certe scopus indicatur (o). Vnde omnino erraret, qui organa Davidis diuina appellari arbitraretur, quod insignis tantum usus fuerint aut artificii, potius, quod ex imperio diuino diuinis quoque actionibus essent sacra, uocari sic existimamus.

VI. Et haec locutio repetitur 2. Par. VII. 6. quando in templo Salomonaeo Leuitae שִׁיר יְהוָה בכלי instrumentis Musicis

B 3

Domi-

i) in *Exod. II, 6. XXXV, 5.* k) *Conf. Job. XXXIII, 20.* accidit etiam in integris nominibus, quae suffixa non sunt, quale quid *Aben Esra* urget ex *Zach. XII, 8.* l) ita in *Exod. II, 6.* simul notari fabulatur, quod praeter puerum diuina quoque maiestas apparuerit m) in *1. Sam. XXVI, 12.* in *Psal. LXV, 10.* n) *Conf. Psal. LXXX, 11. XXXVI, 7. CIV, Jon. III, 3.* o) mihi omnino cum *Luthero* in *Genes. cap. XXX.* & *Glassio*, *Philolog. S. Lib. III. Tr. 1. can. XVII.* certum est, in omnibus exemplis, quae pro confirmanda regula afferuntur, DEI nomen proprie significare, ut ut non negarim ἐπομείνω illam *Ἰστίαν* inde fluere, cum id omne magnum sit & excellens, quod a Deo factum fuit.

Domino sacris constituuntur, unde huc eandem notationem re-
*Musica per-*ferri velim. Illud obseruamus, Leuitis assignari instrumenta
tinebat ad Musica, quod lege tantum ordinaria fiebat, alioquin enim te-
Leuitas, stantur Hebraei, *Talmudici* cum primis, reliquos Israëlitas non
*etiam reli-*exclusos esse, sed eos pariter lusisse instrumentis, vocis cantum
*quos Israe-*vero non nisi Leuitarum fuisse (p): Repetit hoc *Rambam*, &
litas. Cantores partim Leuitas, partim Israëlitas admittit, מוסיפי
 לכהונה משויאין לכהונה insignes viri, & qui ex matrimonii necessitate
 sacerdotibus coniuncti essent, indignum quippe quempiam ad
 scamna Cantorum pertingere, nisi praeclarae dignitatis nominis-
 que fuerit (q). Feminarum Musicam in S. coetu non reperiō,
 an autem extra illum fidibus tibiisque cantare sciuerint, non
 denegarim adeo, ut etiam praeter tympani pulsum vix alia in
 S. codice iis asseratur. Certe apud gentes reliquas maxime so-
 lennis illa fuit. Quot non Sambucistras, Fidicinas, Tibicinas,
 Pfalltrias & Citharistras *Plautus* (r) memorat & *Terentius* (s)?
 neque ex *Cicerone* (t), *Horatio* (u), *Liuiio* (x), *Martiali* (y), aliis-
 que testimonia deficiunt. Maior tamen fere mentio earundem
 apud Graecos est: Sic *Athenaeus* Charem, Atheniensem, no-
 at & *Stratonem*, Regem Sidoniorum, quod αὐλητίδας, καὶ ψαλ-
 τρίας καὶ κιθαρίστριας aluerint, atque hic imprimis μεταπέμπει
 πολλὰς μὲν ἑτέρας ἐκ Πελοποννήσου. πολλὰς δὲ Μυσηργὰς ἐξ
 Ἰωνίας: ἑτέρας δὲ παιδίσκας ἐξ ἀπείσεως τῆς ἐλλάδος (z). Idem ex
Herodoto (a) de Halyatte, Rege terrae Lydiae, *A. Gellius* testa-
 tur (b); Omnibus tamen, ut in luxu, ita & in his deliciis pal-
 mam praeripuisse Persas censeo, & horum μυσηργὰς fuisse, cer-
 tum est, quae apud *Suidam* describuntur, quod βάρβαροι ἦσαν
 γυναῖκες. ὄνομα αὐταῖς ἐπιχώριον Ζάρβα (c). Sed quoad Per-
 fas &

an ad femi-
 nas?

p) Vid. Lib. Mischnicum Erachin fol. u. 5 Succah cap. 5. in Ge-
 mara. q) in Kele Mikdasch, cap. 3. r) Conf. Aulular. Act. 2. Sc. 1. 5
 Act. 3. Sc. 3. Mostellar. Act. 4. Sc. 2. Epidico Act. 2. Sc. 2. 3. Act. 3.
 Sc. 3. s) Adelph Act 5. Sc. 7. Act. 4. Sc. 7. Phormion. Act. 1.
 Sc. 2. t) Lib. 3 Tuscul. quaeft. 5 pro Sestio. u) Lib. 1. Ep. 14. Conf. lib.
 4. Od. 13. x) lib. 39. y) lib. 14. z) lib. 12. a) lib. 1. b) Noët. Attic.
 L. 1. c. 11. c) ubi obiter attendo, vocem Ζάρβα ex codicibus MSC. cor-

fas & eorum aemulos, Parthos, otia hic nobis fecit *Barnabas*
Brifsonius (d), *Athenaei* (e), & *Plutarchi* (f) fide paria nobiscum
 asserens. Quantum vero ad Judaeos, dubium, ut dixi, relin-
 quo, neque השרות, quae Josiam, Regem, plangebant (g), or-
 ganis cecinisse credo, cum & uis vocis, sicut ante docui, & de-
 fectus testium, & ipse textus, qui lamentationes voce decanta-
 tas docet, aliud loquantur. Quod & de Cantatricibus Dauidi-
 cis (h) ac Salomonaeis (i) intellectum velim, utut *Chaldaeus*
 utrinque plus iusto sibi indulgeat, & ibi שרים כתרין per citha-
 ras vertat, hic vero שרים ושרות explicet de instrumentis Mu-
 sicis, quae in templo fabricari curauerit, ut iis, cum offerren-
 tur munera, Leuitae canerent, nec minus de organis fidicinis
 ac pneumaticis, quibus זמרים וזמרות Cantores & Cantatrices
 Regem conuiuantes delectarentur. Neque enim sola haec in-
 terpretis auctoritas sufficiet, quantumuis eam *Raschi* secutus ui-
 deatur, pariter certas organorum species intelligens. Magis eo
 referres משרות, quas *Efra* (k) ac *Nehemia* (l) annotantibus,
 Judaei ab exilio reduces habebant. Quamuis autem ipsa vox
 non obstet, sola tamen haec nihil probat, & incertum adhuc
 est, quales illae fuerint. Pecunia comparatas, ut sacram Musi-
 cam docerent Leuitas, eius interea oblitos, *Rauanelli* coniectu-
 ra est (m); *Aben Esra* ipsas cultui diuino admotas credit, & pla-
 ne diversum *Jfacides*, qui adfuisse tantum putat, ut populi lae-
 titiam augerent, quod aequum fuerit in tanta liberatae gentis fe-
 stiuitate.

I. Dum

rigi quidem a Brifsonio de Regno Pers. L. 1. literis transpositis, & poni
ba. ζα, ego tamen malim retinere lectionem vulgatam, cum inniti
videatur haec Rad. ضرب quae pulsare notat, & ab Arabe interprete,
de tympanis pulsandis in Ps. LXVIII. buccinarum quoque cantu in
Matth. VI, 2. & organis aliis adhibetur, unde derivata eius plectrum
aut instrumentum Musicum notant, V. Lexicogr. d) de Regno Pers.
L. 1. e) Lib. 3. 4. 14. f) in Crasso. g) 2. Paral. XXXV, 28. h) 2. Sam.
XIX, 36. i) Eccles. II, 8. k) c. II, 64. l) cap. VII, 67. m) Biblioth.
sacr. pag. 228. A.

Organa
sunt vel
κρησῶν vel
πνευματικῶν
ἄ.

נחילות
quid sit?
Ps. V, 1.

Quidam
dubitant.

an exerci-
tus?

I. Dum itaque ipsum illud ^{***}conclauē Musicum ingredimur, yah! quantus splendor, quantaue copia ferit oculos curiose circumspicientes? En! duas longas organorum series, quibus singula appensa cernimus: Ex parte altera varia tiliarum tubarumque genera seruantur, & quae moventur plectris aut bacillis, ex parte altera. Dicitur haec τῶν κρησῶν, & illa πνευματικῶν (a). Atque ad hanc quidem nunc subsistimus, curatiusque nos ab earum peritis de uno atque altero maxime ignoto instrumento εὐπνευσῶ informari quaerimus. Rarissimum erit primum illud נחילות, cuius nomen non nisi in Psalmo V. extare praeter Masorethas interpretes ad unum fere omnes obseruarunt, id quod & inter ipsos tantum dissensum peperit, quorum alii incerti abeuntes maluerunt ἐπέχειν, alii singularem, sed alienam plane, interpretationem sibi met elegerunt, alii LXX. secuti, alii denique ad conclauē nostrum & res Musicas vocem pertinere recte iudicarunt.

II. Incertam plane reliquerunt *Simon de Muis*, & omnes illi, qui in versione Nechiloth retinuerunt, quod ab auctoribus *Anglicanae*, & *Gallicae Genevensis*, 1605. editae, *Pagnino* item, *Aria Montano*, *Mariana* & utroque *Osiandro* factum legas. Ut ut autem fateamur, ex historia parum hic doceri posse, quod & *Camius*, & cum eo *Gatakerus* (b) agnoscunt; ostendemus tamen rationes, quae satis commode Dauidis scopum attigisse videbuntur.

III. Fallunt, quos *Maluenda* meminit, *Hebraei* exponentes *super exercitus*: Ego quidem praeter *R. Sal. Isacidem*, qui ita sentiat, neminem inuenio, is גייסות exercitum appellat, qui sit
veluti

a) *Musica namque triplex est: harmonica, quae voce, organica, quae flatu, & rhytmica, quae pulsu fit, Vid. Isidor. Orig. l. 2. c. 18. Cicero pro Roscio Comoedo & lib. 2. de Republ. Aelius Spartianus in Seuero, & Philostratus in Aristocle. Sic ap. Athenaeum lib. 4. Diapnos. ὄργανα sunt vel ἐνταῖα vel εὐπνευσῶ. Cassiodorus lib. de Musica nonnihil dissentit, & instrumentum percussionale, tensibile & inflatile facit. b) in Cinno Lib. 1. c. 11.*

veluti נחל של דברים examen apum. Sed *Rabbi Arabica* non doctus ad נחל confugit ex 2. Sam. XXII. 5. (c), ubi נחל בליעל *Jonathan* interpretatur טייעת הייבון turbam impiorum, ut a deo inscriptio Psalmi diceret orationem contra hostium exercitus Israëlem inuadentes, quam Cantor eo tempore vicem totius populi recitauit. Sed ea nimis longe sunt petita, nec allatae rationes hic sufficiunt, & incertum plane נחל a flumine deriuari, quod & illis respondeo, qui, obseruante *Jo. Viccars.* (d), in *Mi-an flumen?* *drasch Tillin* de flumine illo הכנר (e), quem DEUS dedit populo in deserto, aut צינת נהר de nauibus super fluuio (f), in quibus ambulauerunt Judaei, explicant. Nec denique merentur calculum maiorem, qui ad radicem חלה aegrotauit abeunt, an sit a חלה? quasi David in acerbo morbo constitutus Psalmum composuerit.


IV. *Seniores LXX.* ὑπὲρ τῆς κληρονομίας, vel, ut alias legunt, πρὸς κληρονομίας reddiderunt, atque tanta fuit horum auctoritas, ut vel eruditissimos in partes suas raperent. *Dru-* *sus* alienum *Aquilae*, *Symmachi* & *Theodotionis* comprobat. *Hieronymus* habet pro haereditatibus, *Vulgata*que legit, pro ea, quae haereditatem consequitur: Inde non mirum, quod, *Bellarmino* fatente, *Catholici* tantum non omnes hos sequantur, & *Lutherus* quoque für das Erbe vertat (g). Nec diffiteor *Arabem* & plures ex *Hebraeis*, *Raschio* teste, *Foerstero* item ac *Maluenda*, vocem sic exposuisse. At enim vero sicut ille cum Graecis errauit, ita hi non tam genuinam sententiam, quam mysticam, verba sunt *Isacidis*, explicationem intenderunt. En quas intelligant haereditates, a *Jo. Viccars.* (h) recitatas; Tales sunt *Israëlitarum*, qui idolum vituli haereditate acceperint (i), aut eorum, qui ue-

C

rum

c) *Conf Psal XVIII, 5.* d) *Decapl. p. 12. b.* e) *Num. XXI, 16.* f) ita vertit ille *Psal. CV, 41.* Sed malim cum *Interpretibus Judaeis* & *Christianis* fere omnibus de siccitate siue deserto, quod instar fluii factum, intelligere. g) *Tom. 3 Witteb. Lat. fol. 175. a. b* huius versionis suae rationes videas. h) *Decapl. p. 12. 6.* i) *Exod. XXII. dant rationem ex Num. XXI, 20. quem locum ita pervertunt: כמתנה (est a נתן) i. e. a loco ubi legem dedit, venerunt ad נחליאר, i. e. ad regionem, ubi נחלו אר Deum alienum acceperunt.*

rum DEUM possideant (k). De fluminibus dixi: Adde sanctu-
 arium (l), bona coelestia (m), quin & dominium Adami primi
 (n). Sed ipse R. Salomo ineptias agnoscit, ut ut alioqui satis
 multum iis tribuat, & neque literam, neque materiam textus
 illis respondere confitetur. Sana magis esset haereditas, quam
 Christiani hic intelligunt, ecclesia videlicet, haereditas Filii DEI
 (o); aut quae, Cassiodoro & Bellarmino interpretibus, bona spiri-
 tualia tum in hoc, tum in futuro seculo possidebit (p). Ea-
 dem intendit Syrus, forte secutus Graecos, hac inscriptione:



 Oratio nomine ecclesiae, cum veniret

mane (q) in domum Domini. Nec dissentire *Judaeos, Maso-*
ra testis est, & *Maluenda* docet pluribus cum Foerbero, quo
 pertinent, qui apud Moellerum omnes XII. tribus, adeoque ec-
 clesiam ex omnibus gentibus collectam, aut easdem tribus in
 hodierna *διασπορᾷ* siue afflictione constitutas complecti volunt (r).
 Verum haec auctoritas *Graecorum & Hieronymi*, quam *Bellar-*
minus urget adeo, ut malit, textum Hebraicum tempore diu-
 rnitatis unam vel alteram literam immutatam peperisse, ideo
 asserere, quam ab eadem recedere, nos nondum mouet. Illos

mani-

k) ex *Deuter. XXVI, 17*. l) quod *Deut. XII, 9*. נחלה dici putant,
 consentiente *Masora*, licet *Raschi* aliique contradicant. Ratio-
 nem a flumine ducunt, ex quo homo primum immundus, deinde
 mundus abeat, ita e sanctuario. m) quae pauperum sunt & rebus
 terrenis destitutorum. n) *שש דלוות* haec est: dixit R. Samuel:
 Sunt quatuor *Psalmi* conuenientes *Adamo*, sc. *XXIV*. Terra est *Do-*
mini, i. e. *Adami*, propter quem omnia creata: *Psal. XIX*. *Coeli* e-
 narrant, quia *Adam* primus coelos vidit. *Psal. XCII*. in die *Sabba-*
tbi: & *Psal. V*. quia *Adam* primus mundi dominus fuit. o) *Psal II*,
8. *XVI, 6*. Vid. *Vinarienses*, & imprimis *Gesnerus* ac *Bakius*, qui ur-
 get simul auctoritatem *B. Lutheri* ex *Tom. II. Isleb. fol. 30. 32*. p)
Matth. V. Conf. *Sontag. Tit Psalm. ad Dom. Exaudi*, ubi hoc pluri-
 bus tum rationibus, tum dictis sacris persequitur. q) ex *v. 4. & 8*.
 r) *Sontag l. c.*

manifesto errasse *Theologi & Philologi* magno numero ostendunt, nec ubique vera dixit *Hieronymus*, quin & *Versionem*, quae nomen eius prae se fert, vitiis scaterere praeter *Hunnum* (f) summi Viri Pontificiis demonstrarunt. Corruptionem textus ab iisdem vindicatam novimus, unde actum agere non opus. Licet autem non incommodam plane dicamus *versionem* haecenus examinatam, magis tamen rem assecutos credimus, qui ob rationes mox afferendas instrumenta *Musica* intelligunt.

V. Neque vero, qui ad *Musurgiam* nomen applicant, omnes idem sentiunt. *Targum* voce generaliori utitur על חננין, & choros ponit, in quibus tibiis canebant (t). *Hammondo*, *Drusio*, *Edmundo Castello*, & non paucis aliis, fallor, an *Aben Esra* solo duce? videtur esse תחילת פיוט initium carminis cuiusdam, ad cuius numeros *Psalmus* hic decantandus erat. Atque id adhuc ab haereditate dictum putant ex *Num. XXXIV. 17*. Eandem mentem *Kimchii* & *Melechidis* fuisse arbitror, qui nomen carminis (u) olim noti esse arbitrantur: Inde *Munsteri* *versionem* enatam autumo, in *Musicis* concentibus. Sed *Rabbini* isti haec coniciunt, nec ratione, nec auctoritate fulsi, & cum primis *Aben Esrae* hoc solenne est, ut titulos *Psalmorum*, quos ignorat, carminis initia dicat, de quibus tamen contrarium manifesto nobis constat. Ceterum videntur hae opiniones, & si quae plures ad eam redeunt, innixae fabulae de carminibus ad notas *Musicas* decantatis.

VI. *Versio* *Chaldaei* singularem observationem *Hammondi* praeter recensitam illam peperit, super vel per choros, ubi una unum versum, alius alium canit. Deducit vocem pariter a

C 2

נחל

s) de *V.D.c. Bell. L. II. c. 14*. t) ideo enim מחול a חלל dici putat *Melechides* in *Jud. XXI, 21*. quod in choro tibiis cantum sit, unde *Graecorum χορα υδης* est ap. *Aristot. Polit. L. 8*. plura egregia collegit de eo *Bartholinus Lib. 1. c. 6*. u) ita rectius שם ננון verti puto cum *Hammondo*, quam nomen instrumenti *Musici*, ut *Summe Rev. Sontagius* habet, neque enim phrasis ירוע אצלם vanam gloriolam gentis recutitae arguit, sed carmen tempore *Dauidis* notum sibi incognitum esse dicit.

לחנן, quam cum LXX. praeter suum ordinarium *αληθνομίω*,
i. e. haereditario iure succedo, etiam per *μερίζω*, seu *διαμερίζω*,
i. e. in partes diuido, seu distribuo, reddant, concludit inde
significari posse carmen per partes siue alternatim canendum,
ut in choris fit, dum hae voces succedunt, ubi illae desinunt,
& utraeque carmen inter sese diuidunt. At quia ipse auctor parum
huic sententiae suae tribuit, & *Chaldaicum* plane aliud dixisse
iam ostensum est, eam recitasse hic sufficiat.

Significat
instrumen-
tum Musi-
cum,

non tamen
lyram siue
citharam,

nec ἐμπύ-
σιν in genere;

VII. Restant ergo, qui fuisse instrumentum Musicum nobis-
cum asserunt, ad quod, ut caneretur, Psalmus ille est compositus,
velut ipse *R. Salomo* istam aliorum sententiam, quantumuis am-
plecti eam nolit, recitat. Ita vero *Lucas Lossius* ad hunc locum
commentatur, & ad *Felicem* consentientem provocat, nec adeo
Castellus dissentire potuit. *Vatablus* & *Schindlerus* instrumen-
tum hodie ignotum confitentur, quibus annumeramus quo-
dammodo interpretes ante allegatos Hebraeam vocem retinen-
tes, & Concordantias *R. Nathanis*. Sane hic historia vix certi
quid subministrare potest, non tamen iis assentimur, qui ly-
ram siue citharam intelligunt, uti ex *R. Hai Munsterus* docuit.
Ita Carmen Dauidis lyricum Tigurina habet, aut *Castalio* ad ly-
ram.

IIX. Maiorem assensum merentur forte, qui genus organo-
rum ἐμπύσων insinuari colligunt, i. e. omnia instrumenta tu-
balata atque excauata, ut tubas & buccinas & tibias, uti *Junius*
cum *Tremellio* suo loquitur & *Piscator*, quae sic dicta volunt,
quia sonum edunt immisso vento; sed tamen rationem ego non-
dum satis capio. Eadem *Geieri* mens, *Sontagii* item, *Eduardi a*
Leigh, *Gatakeri*, & *Cocceii*, qui vertit flatibus, sicut enim prae-
fectus symphoniae dicitur מנצח בנחירות Ps. IV. 1. ita praefectum
ἀληθνῶν & similis generis artificibus, putat sic vocari מנצח
בנחירות, quae verbis fere totidem apud *Guilielmum Amesum* &
Ainsworthum quoque uideas. Colligunt id ex plurali, נחילה
peculiare instrumentum relinquentes; sed haec obseruatio Gram-
matica tantum est, & cum nullo plane Iudaeorum testimonio
suffulta sit, a nobis quoque mittitur.

IX. Ita-

IX. Itaque ipsum נחילות omnium rectissime organum pneu- *sed tibiā.*
 maticum a ceteris distinctum statuitur. Suadet hoc parallelismus
 titulorum reliquorum, ubi quoties למנצח cum praepositione
 על habetur, praefectum alicuius instrumenti id interpretamur,
 maxime, si uox מזמור, aut huic similis sequatur (x). Locum,
 viam aut stationem notari Junius equidem ac Tremellius existi-
 mant; sed frustra, destituti namque sunt auctoritate, & loca
 plurima vix commode sic explicantur, unde ipsi saepius ab hac
 statuta regula recedunt (y). Atque id est, quod nobis maxime
 Gesnerus obiicit & Bakius, scil. in textu אל haberi, non על, il-
 lud autem significare ad, non super, cum carmina ludantur non
 tam ad, quam super instrumentis, atque ad aures audientium,
 decantentur, itaque incommode intelligi hic instrumentum. Sed
 respondet R. Salomo ex sententia Menachem, per illud על non
 tam notari Psalmum super instrumento decantatum, quam eius
 compositionem iuxta melodiam certo organo convenientem,
 quantumvis ipse malit, ut audivimus, potius contra (z) hostes
 peroratum carmen appellare, ita namque uariant interpretes,
 prout magis commodam versioni suae significationem inuenere.
 Inde LXX. ὑπὲρ, Vulgati ad, aliorum pro, de, supra, Lutheri
 fuit enatum. Cocceius optime obseruat, hoc אל idem esse, quod
 in Psalmo IV. 1. ב. fuerat, & per על ex inscriptionibus sequen-
 tibus exponi. Docet id & Aben Esra provocans ad 1. Sam.
 I. 27. (a), nec minus Jonathan assensu suo comprobat. At
 haec praepositio cum voce למנצח construens sequentem
 vocem, fere instrumenti perpetuus index est, si Psalmos tantum
 eos excipias, ubi tractationis thema (b), aut ipsorum Musicorum

C 3

nomen

x) nam si Geieri & Sontagii in tit. Reg. XVII. observatio procedit,
 constructa est vox נחילות cum למנצח mediante אל, ut Esa. XIV,
 19. Ez. XXI, 17. quoque factum. y) Conf. hic Calov. Annot. ad Grot.
 Psal. VIII. Tarnovius Passional. Sennertus Exercitat. Philolog.
 in Psal. VII. & VIII. z) בשביל propter, non contra, ut Sontagius
 vult ad Dom. Exaudi §. 3. b. l. exponendum est. a) Adde 2 Sam. XXI,
 1. Psal. LXXX, 1 coll. cum Ps. XLV. 69. & 60. unde omnino manifestum
 est. b) ut Ps. IX. Ps. XXII. LVI.

nomen organi loco praemittitur (c); Sed ad has & alias obiectiones *B. Gesneri* pluribus *Tarnovius* respondit.

non est a
חלל

X. Sunt qui asserto huic argumentum quaerunt in radice sua, quam חלל tibiis canere, esse arbitrantur, unde חליל tibiam dici certum est. Ita *Piscator* ex I. Reg. I, 40. נחילה derivat, quasi dicas, fauciata propter foramina, quae speciem quandam vulnorum habent. Per contractionem נחילה pro נחילה, mutata vocali brevi in longam, fieri existimat cum *Junio* & *Tremellio*: atque ut נ servile vindicetur, *Cocceius* ad Participium Niphal confugit, quasi sit נחילות pro נחילות, afferens formam similem נסבה ex 2. Chron. X. 15. quod quidem speciem maiorem haberet, quam aliorum חלה ex חלל, cum de ת servili praeformativo nemo dubitet, נ vero ipsi *Piscatori* obstare videatur, quod & Philologum insignem, *Buxtorfium*, mouet vocem alio referre, quia in h. rad. forma Grammatica repugnarit, ut ut *Gatakerus* aliique frustra haec urgeri arbitrentur. Fateor perplacet radicis haec significatio, & lubens assentirer, nisi coacta nimis esset deriuatio, & vel ab uno tantum, quod sciam, Grammatico Rabbino, nisi defensam, modo allegatam eam reperirem. Praestaret tamen hanc amplecti, quam aliorum, qui in חלה aegrotavit, se inuenisse rem existimant, praetendentes, cognatum מחלת eodem pertinere; appellari autem inde quaedam instrumenta, quia Hebraei tibias ob defectum campanarum apud defunctos adhibuerint, sicut ex Matth. IX, 23. probari autumant. Namque ritus ille parum ad hoc nomen facit, cum ne defuncti quidem fiat mentio in Psalmo, & cognatum falso quoque a חלה deducitur, ut alibi cum ratione demonstratur.

nec a חלה

sed a נחל
apibus & earum bombo.

XI. Itaque consensus Judaeorum formaque nominis iubet nos, ad נחל referre nostrum instrumentum, non ut haereditatem inde defendamus, aut cum *Hammondo* id a torrente cuius murmur refert, dictum putemus (d), sed quia sonum apum imitari

c) Vid. Sontag. Tit. Reg. XVI. & XVII. d) Si tamen coniecturis inhaerere liceat, *Nechiloth* a fluuio quis diceret, quia illud primum ex arundine & iunco ad aquas reperto fiebat, unde & tibiam

tari videbatur. Scilicet eandem formam habet cum אכילה, ad quam ex 1. Reg. XIX, 18. *Aben Esra* prouocat, & ab hac radice נחלה apud Chaldaeos, si *Grotio*, *Vatablo* & *Simeoni de Muis*, *Hebraeos* alleganti, fides habenda. Equidem apud *Paraphrastes* superstites id vix reperies, nisi quod נחיל tropo satis commoda confluxu ad דמורני; vermium colluuiem applicetur (e), unde *Rabbini* deinde דבורים נחיל examen apum dixere (f), non quod נחיל apes notet, sed collectionis tantum notionem inferat. Hi legerunt ergo quidem ab apibus organi nomen derivari, sed eorum verba fundamentum verum vix attingunt. Etenim expertes Arabismi ignorarunt, ibi نحلان seu نحلان apem esse (g). Ex hoc uno tamen rem totam explicandam censeo, ut a נחל torrente dicatur نحلان apud, quia forte فرح النحلان examen apum strepitum fere similem reddit sono, quem torrentes ex altiore loco in subiectas valles decurrentes edere solent, ut *Molleri* verba habent. quare quid in ipso דבור deprehenditur, cum & *Buxtorfius* & *Pfeifferus* (h) a sibilo & sono id deriuent, inde legas apud Arabes نون النحلان ut Latini tinnitum dicunt, quod exponit ap-prime secundum sententiam nostram *P.F. Dominicus Germanus de Silesia*, il romore, che fanno le api con la voce bombizatio, bombizatio. At ab apibus demum instrumentum, quod נחירות Psaltes vocat, ducitur (i).

XII. En explicationis huius parallelismum apud Graecos, & horum aemulos, Latinos. Ibi βούβοι inuenio, qui est ὁ τῶν μελιόσων εἶδος, apum sonus apud *Suidam*, idque per ὄνομα τοποῖον Bombyces.

a *Tybinii*. e. iunco vocant quidam ap. *Casp. Barthol. de Tibis Vet. lib. 1. cap. 2. Orchumenius lacus ideo auleticus appellatus est apud Plinium Nat. Hist. Lib. 16. c. 36. Conf. quae ex Plinio ad Solinum habet Salmasius. Strabo lib. 9. & Barthol. cap. 3. e) Targum Jonathan. Deuter. XXI, 8. f) R. Salom. Isacid. & R. Hai apud Ben Mel. Kimchium, & R. Saad. Exod. VIII, 2. Doctores item Talmudici in Bava Kama. cap. 10. M. 2. & in Gemara fol. 81. 2. g) Vid. Psalm. CXVIII. unde in Lexico Aruch vox Arabica vocatur. h) *Thef. Herm.* p. 257. i) Nobis praeter allegatos *Foord* & *Menchium Eduardus Leigh l. c. facit ὁμοψήφους.**

ων ex βὰμ, nam bombitatio (k), *Festus* inquit, est sonus apum
 ab ipso sonitu dictus, sicut mugitus boum, hinnitus equorum,
 ita *Philosophus* (l) apes mane silere dixit, ἕως ἂν μία ἐγείρη
 βομβήσασα δὲς, ἢ τρεῖς; inde evolare & reversas denuo fremere,
 ἕως ἂν μία πεπετυμένη βομβήσῃ, ubi rursus fileant; quae
 verbis fere totidem *Plinius* (m) habet, dum excitari reliquas ab
 una gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo, obseruat.
 Bombilat ore legens munera mellis apes, Poëta canit. Vnde
 βομβύλη εἶδος μελίσης apis genus, magis obstreperae, quam
 sunt ceterae (n). Ducas vespas esse & crabrones, nam his an-
 numerat *Stagirites* (o) βομβυλίδες, & *Arabs Erpenianus* He-
 braeam הַצְרַעִין (p) vertit אַלְמֵי אַפִּים, אַפִּים אַלְמֵי אַפִּים
 אַפִּים אַלְמֵי אַפִּים apem scilicet syluestrem, ut *Baal Aruch* explicat, haec
 etenim susurro suo reliquas omnino superat (q). Ut vero נחל
 fluvius est, ita & βόμβος de torrente dicitur, βόμβησεν δ' ἄρα
 πάντα κατὰ ῥέον insonuerunt omnia per fluctum, apud *Ho-*
merum (r) aliosque. Atqui ab hoc apum bombo stridulo tubae
 grandioris pneumaticique instrumenti simili βόμβησες γένος ἀυ-
 λῶν tiliarum genus appellari *Phavorinus* (s) testis est: Inde *Apu-*
leius (t) bombum cantui minori opponit, primus, inquit, Hy-
 agnis laevis & dextris foraminibus acuto tinnitu graui bombo
 concentum Musicum miscuit. Est ille ἀυλῶν βόμβος *Athenaei*
 (u), & quem apud *Seruum* & *Catullum* (x) legas, organorio-
 rum bombus; multi raucifonis efflabant cornua bombis: apud
Prudentium (y) item: Tibia — tumidum largo sublimat flamine
 bombum

k) in quibusdam Festi libris legitur bombizatio, a bombizare,
 quod *Caesarius* lib IX. *Miracul. cap. 8* habet, pro quo *Varro* dicit:
 bombum facere. l) *Histor. Lib. IX. cap. 40.* m) *Lib. II. cap. 10.*
 n) ex *Interpr. Apollonii Rhod. & Helychio apud Budaeum, conf.*
alios Lexicogr. o) *Histor. Lib. IX. cap. 43. Conf. Lib. V. cap. 23.* p)
Exod. XXIII, 28. Deut. VII, 20. Jos. XXIV, 12. q) haec pluribus ex
Avicenna cum primis & Damiri explicat Bochartus, Hieroz. Lib. IV.
cap. 13. r) *Odyss. u.* s) in *Dictionary.* t) *Floridor. Lib. 1.* u) *Lib. 8.*
 x) *de Nuptiis Pelei.* y) *Lib. Apotheos.*

bombum. *Plinius* (z) docet, & ante eum *Theophrastus* (a), quae istarum tibiaram grandiorum vera sit origo: Scilicet lacus Orchumenius est, a tibiis dictus aulecitus, in quo duo calamorum genera nascebantur, ζευγίτης & βομβυκίας: Ex illo tibiias duas aequales faciebant, si anno permaneret inundatio, & proficeret calamus in aucupatoriam amplitudinem; ex hoc bombyces, si maturius abiret aqua, unde non duas, sed unam tantum, longissimam tamen, & ad inflandum difficilem parabant (b). Aegre has ob suam longitudinem sonum mouere, idque cum magna intensione, *Aristoteles* (c) quoque dixit, unde eos, quorum calidus est spiritus, talem vocem formare arbitratur, qualem siticines (d) grauiori sono tibiis inspirent (e); & *Galenus* (f) alibi latissimas describit, quae ob materiam, ex qua constabant, purum sonum reddere non potuerint, dum uiae, qua transibat spiritus, latitudo grauiorem sonum effecerit. Discrimen harum ab aliis diserte *Pollux* (g) docet: τῶν δὲ ἄλλων αὐλῶν τὰ μέρη, γλώττια, τρυπήματα καὶ βόμβυκες, ὄλμοι καὶ ὑφόλμια; quae partes tibiaram sint, exponit, & aliarum quidem esse linguulas & foramina, sed earum, quae vocantur bombyces (h), ὄλμοι & ὑφόλμια (i). Quibus omnibus *Kirchmannum* (k) addo, qui nobiscum illas tibiias ceteris latiores & longiores fuisse obseruat, quales in antiquorum sepulchris exsculptae videantur.

D

Hinc

z) *Nat. Hist. Lib. XVI. cap. 36.* a) *Hist. Plant. Lib. IV. cap. 12.*
 b) *Vid. Salmasius ad Solinum ex Plinio.* c) *Lib. de Audit.* d) *qui apud sitos, i. e. defunctos, canere soliti sunt, Vid. Gellius, Lib. XX. cap. 2. & 3. Aelian. Var. Hist. Lib. XII. cap. 43. Chrysostr. Orat. 49.*
 e) *Hist. Animal. Lib. IV.* f) *Lib. 3. de Sympt. caus.* g) *Lib. IV. cap. 9. tit. 5. conf. cap. 10.* h) *Non ignoro, malle alios βόμβυκες hoc loco partes tibiaram intelligere, quasi sint species arundinis feminae, ex qua tibiaram linguulas confecerint, sed, quantum novi, bombyx tibiā notat, non eius partem.* i) *quae, quid sint, Hesychius docet, ὑφόλμιον μέρος τῆς αὐλῆς πρὸς τὸ σῶμα, ἢ αἱ γλωττίδες; ὑφόλμιον esse partem tibiae sub orificio, siue ipsas linguulas, unde simul patet, ὄλμον esse ipsum σῶμα.* k) *de Eun. Rom. Lib. II. cap. 5.*

Hinc itaque id γένος ἀυλῶν ἀπὸ τῆς βόμβης dictum inaudiuisse
 erediderim Judaeos ex historia, cum illud נחיל רבורים alioqui
 plane non cohaereat, nec quisquam subolere queat, unde eo de-
 uenerint. Et quanquam R. Jfacides id ad exercitum detorque-
 at, mihi tamen non est dubium, quin apud veteres, quorum
 monumenta ad nos haud pertigerunt, phrasis itidem ad instru-
 mentum applicata fuerit, quod ex ipsiusmet verbis patet. At
 ignorans, אפם apem esse, interpretationem ante notatam elegit.
 Fidem rei facit Kimchius in *Mieblol* & *Melechides* ex verbis R.
 Hai, quem explicare vocem docent מרשון נחיל של רבורים
 ז"ל ברברי רבותינו ז"ל ex isthac eadem nostra phrasi, in subsidium
 vocando *Rabbinos* suos; Atqui recentiores, quid priores illi si-
 bi voluerint, non intelligebant: Itaque in tanta hac obscuritate
 rerum concludimus, Nechiloth fuisse quandam longiorem & la-
 tiorem tibiam, cuius sonus apum bombo fuit similis, quaeue
 difficulter inflabatur. Vocis terminatio pluralis tribus modis
 explicari posset: vel quod Psalmus ad plures tales tibias decan-
 tatus fuerit; vel quod tibiae unius nomen plurale sit a bombis
 pluribus, quos efformabat, factum, sic enim vidimus auctores
 ubique fere bombos non bombum appellare; vel denique, si
Fortunato Schaccio credendum (1), a foraminibus, quod praeter
 foramina septena, quae digitis ad vocem eleuandam, gravan-
 dam aut acuendam aperiuntur vel clauduntur, medium illius in-
 strumentum singulari quodam cortice vel ligneo, vel ex alia aliqua
 materia minutissimis foraminibus perforata circumdatur, ut vox
 grauior ex foramine quodam minori sub illo cortice clauso re-
 sonet, dum tactu cuiusdam lingulae metallicae extendentis se us-
 que ad manus illius, qui tibia canit, aperiatur: & quo manus
 pertingere nequit, lingula accedat ac recedat, aperiat vel claudat
 foramen, & vox gravetur. Figuram dedit *Schaccius*, cum qua
 tamen an Dauidica illa plane conuenerit, certo non asserimus.

quare vocis
 terminatio
 pluralis sit?

an ei simi-
 le fuerit
 Maschroki-
 sha?

Dan. III.

XIII. Nouum vero atque aliud dicti Judaei argumentum
 sententiae nostrae suppeditant, quando hoc intendisse R. Haium
 asserunt, quod harmonia Nechiloth accesserit לשריקת רבורים
 ad su-

1) *Myrotbec. 3, cap. 57.*

ad fufurrum apum: εν βούβον nostrum! Nimirum Dan. III. 5. 7. 10. 15. inter alia instrumenta, quibus Nabuchodonosoris subditis cultus idoli innuebatur, recensetur quoque משרקיתא, quod inde fortean quis ipsum נחילות fuisse, aut parum tamen ab eo recessisse arbitrari possit. Maschrokitha organum pneumaticum erat πολυκάλαμον, ut ostendam, tono crassiore & agresti forsitan sonans, idem vero & Nechiloth nostro applicari potest, cum, quae sunt dicta hactenus, & terminatio pluralis, ipsaque carminis materia tale quid omnino insinuare videantur.

XIV. Hoc Maschrokitha a שרקה deducendum esse quisque videt, certumque est nomen sibilum notare, qualis agresti quodam fistula edi solet, unde etiam *Ben Melech* שרקה עז"ל per latinum sibilare vocem exprimit, & *Talmudicorum* auis נרקרש, quam praecorem pluuiarum, praeterque morem in terra confidentem, & sibilantem Messiae futuri nunciam credunt, nomen a sibilo fortita est, uti ex Zach. X. 10. probare an nituntur (m). Radicem hanc שרקה sono & re cum Graecorum σφίζω conuenire *Grotius* monet, unde et LXX. per suum σφίξ (n) reddunt, id est syringe conuocare sibilante, fistula quidem, quod per coniugata & deriuata eiusdem vocis patet, proprie pastoritia, ceu ex *Homero* (o), *Hesiodo* (p), *Theocrito* (q), *Aristotele* (r), *Plutarcho* aliisque docet *Robertus Stephani* (s), ipsaque constat historia, quae Panem, Deum rusticum, ut dixi, syringis inuentorem facit. Creditur hic enim fistulam composuisse, VII. imparibus calamis cera coniunctis (t), idque, ut *Seruius* coniicit, propter harmoniam coeli, in qua VII. soni sunt (u). Unde *Virgilius* (x):

D 2

Est

m) *plura ap. Buxtorf. Lex. Talm. R. שרקה ex Tract. Cholin. fol. 63. 1.*
n) *Es. VII, 18.* o) *Ili. κ.* p) *in Asp.* q) *Idyll. 21.* r) *de arte Poët.* s) *conf. Ciceron. lib. 1. ad Attic. Ep. 16.* t) *atque in hoc differt fistula a tibia, quod illa pluribus calamis, haec uno pluribus locis perforato constiterit. Vid. quae congeffit Bartholin. Lib. 3. cap. 6.* u) *ad Virg. Ecl. 2. 5, ubi plura se docere manet ipse, in Aeneid. ad septem discrimina vocum. Est haec Musica mundana Boëthii de Mus. lib. 1. c. 2. quam 5, testante*
Maxi-

Est mihi disparibus septem compacta cicutis

Fistula ---

Pan primus calamos cera coniungere plures

Instituit.

Atque fistulae & calami carmini-

bus Bucolicis apti habebantur, quos deinde Fauno siue Pani suspendebant (y). Idem hic reperias, si vera dixit *Kircherus*, quando *Maschrokitha* ita describit: Instrumentum erat *πολυκάλαμον*, siue multorum calamorum, qui simul ligati, & in ligno quodam in formam thecae adaptato gradatim infixi disponebantur, calami vero aperti supra, infra pellis obductione certo quodam ligno obturabantur, eratque instructum manubrio quodam, a quo dilatata cista, paulatim in angustum spatium coarctabatur; instrumentum applicabatur labiis, & insufflatione facta, digitorum foramina e latere nunc cludentium nunc aperientium ope varius percipiebatur sonus, pro ratione longitudinis aut latitudinis breuitatisque fistularum, vel etiam insufflationis intensione (z). Mire singula conueniunt, & quamuis nolim dicere, idem nostrum prorsus fuisse cum heptaulo isthoc, parum tamen referet, siue e paucioribus, siue pluribus calamis confectum sit, dum & *Bartholinus* cannas interdum binas interdum nouem aut decem cera coniunctas vidit, describit & in figuris exhibet; Neque ob defectum testantis antiquitatis congrua satis utriusque structura aestimari poterit.

an haec vox
in textu per-
tineat ad
קרנא?

XV. Atque hoc illud instrumentum tantisper credimus, quo veluti sibilo quodam conuocatam plebem a cuiusque regni nunciis fuisse *Sadius Gaon* (a) *Jacchiades*, *Aben Esra* item & *Ben Melech* scribunt: haec illa *Schindleri* fistula pastorum iuxta greges stridula aut sibilans. Tubam *Munsteri*, *Castalionis*, *Tigurinae* & *Arabicae* versionis, *Lutleri* denique *Drommeten* idem sibi velle arbitramur. Unus *R. Isacides* dissentit, coniungens duas voces קרנא משרוקיתא, quasi sit הקרן שרקתא קול sonus cornu ali-

cuius
Maximo Tyrio, *Pythagoras* agnovit, estque dum coelum circuitu suo modulationem edit. x) *Ecl. 2.* y) *Barth. ad Script. Venat. p. 184.* z) *Musurg. L. II. cap. 4. §. 3. forte ex Schilte haggibborim.* a) *ex Zach. X. 8.*

cuius sibilantis, quo pacto non tenetur distinctum Maschroki-
thae instrumentum explicare. Sed, cum assensus aliorum eum
deserat, & instrumenta singula distincta referantur, etiam קָרָן
incommodè ad sibilum applicetur, sententiam hanc auctori suo
remitterimus, ut quem non minus atque nos coniectare nouimus.
Ipsi vero vocis derivatione, quorundam Judaeorum descriptione &
historiae profanae concordia moti, hanc fistulam πολυκάλαυον
fuisse tamdiu arbitramur, donec certiora alii, quorum & apparatus
& eruditio maior est, nos hic edoceant.

XVI. Denique censemus ad hanc classem referendum, quod *Symphonia*
in eodem Danielis commate notatur סִמְפֹּנְיָה & v. 10. סִמְפֹּנְיָה *quid?*
ex antecedente tamen iuxta *Masorethas* restituendum. Dubium *Dan. III.*
non est, quin praeter interpretes testantibus LXX. ex Graecorum
 συμφωνία barbare formetur. Ut enim in textum Graecum no-
ui Instrumenti Latina quaedam irreperunt, ita Hebraeus voces
Graecas nonnunquam habet, quas *Casaubonus* alicubi recenset.
(b), ut ut eruditi saepe hic dissentiant. Haec συμφωνία Grae-
cis alias concentum Musicum concordiamque vocum atque or-
ganorum innuit: $\eta \gamma\alpha\rho \acute{\alpha}\rho\mu\omicron\nu\iota\alpha$, inquit *Plato* (c), συμφωνία
 $\text{ἔστι συμφωνία δὲ ὁμολογία πρὸς ὁμολογίαν δὲ διαφερμένων}$
 $\text{ἕως αὖ διαφέρονται, ἀδύνατον εἶναι}$. Vel, ut *Aristoteles* definit
(d): $\text{κρᾶσις λόγων ἐχόντων ἑαυτῶν πρὸς ἀλλήλα}$, temperatio
quaedam contrariorum, quae inter se proportionem habent.
Talis est συναυλία *Athenaei* (e) tibiae cantus cum alio quodam
instrumento Musico coniunctus, aut cum vel duo tibicines idem
canunt, vel cithara & tibia συμφωνεῖ , & eius generis alia, quae
recensere non est nostri instituti. Sed quemadmodum vox in
Latio recepta est, ut apud *Horatium* (f), *Ciceronem* (g) aliosque

D 3

dilci-

b) *Excert. 16. contra Baron. cap. 23.* c) *in Sympos.* d) *in*
problem. Segm. 19. qu. 39. ubi plura de ea videas. e) *Lib. 14.* f) *de Ar-*
te Poet. v. 374. g) *pro Coelio cap. 15. unde homines symphoniacos, in*
Verrin. 1. dixit, i. e. qui in praelio nauali classicum canebant, nam
Paedianus auctor est, cani remigibus celeusma per symphoniacos ser-
uos solitum olim fuisse, interdum per assam vocem, i. e. ore prola-
tam, interdum per citharam.

est tibia utri-
cularis.

discitur; ita iam tum aetate Danielis a Babyloniis est usurpata, sed diversa nonnihil significatione, ut, monente etiam L'Empeur, non tam generalem harmoniam Musicam notaret, quam certum instrumentum ex pluribus compositum, & adeo contentum quendam referens. Colligimus hoc tum ex voce קל, quae, ut ad organa reliqua, ita etiam ad hoc spectare debet, tum ex insequenti statim phrasi וכל זני זמרה, quae procul dubio nomina antecedentia instrumentorum fuisse index est. Nec de eo Judaeorum quenquam video ambigere, quantumvis parciore sint in ipso describendo. *Talmudicos* explicare per lyram, *Elias* in Meturgeman docet & *Buxtorfius* (h), *Lutherus* vertit Lauten / at in his συμφωνία non est, cum unum tantum organon exhibeant, unde rectius sentire arbitramur *Jacchiadem*, qui confectum e coniunctis fistulis, quod organum vocatur, describit, & *Saadiam Gaonem*, qui pastoritium instrumentum appellat, ad instar utris, quod sufflari solet, & harmoniam quandam refert. Puto utricularem quandam tibiam intellexisse, quam ventriculo humano similem docent *Anatomici* (i). Describit illam *Hieronymus* (k): Antiquis temporibus fuit chorus quoque simplex, pellis (l) cum duabus cicutis aereis, & per primam inspiratur, secunda vocem emittit;

De hoc instrumento intelligunt versus *Virgilii* (m):

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta movere latus,
Ebria formosa saltat lasciva taberna,
Ad cubilum raucos excutiens calamos.

Scilicet inflatum utrem permebant cubito, ut inde calami moverentur. Hinc apud *Suetonium* (n) utricularius est, qui canit tibiis infixis utriculo, qualem & alicubi *Maro* describit (o):

multi-
h) *Lex Talm. R. פסוקים Vid. Celim cap. 11. & 16.* i) *Blancard. Anat. cap. 23.* Bartholin. & plures in *Bibliotheca Anatom. P. 1.* k) *siquidem epistola ad Dardanum vere ipsi tribuatur.* l) *Salmasius legit dorus a Gracco δορῆς pellis; forsitan autem chorus idem hic est, quod symphonia nostra.* m) *in Copa. Conf. Scaliger.* n) *in Nerone cap. 54.* o) *in Bucolicis.*

Multicolorem

Ventriculum sumsit, buccasque inflare rubentes
 Incipiens, oculos aperit; ciliisque leuatis,
 Multotiesque alto flatu e pulmonibus hausto
 Vtrem implet, cubito vocem dat tibia presso,
 Nunc huc, nunc illuc digito saliente.

Eo libentius assentior, quod haec sit *συμφωνία* species, & apud Italos hodiernum quoad literas & descriptionem plane conueniens *Sampona* sit, quod *la musette ou cornemuse* interpretantur *Lexicographi*, ipseque *Kircherus* obseruat, vocem pari modo ex Schilte haggibborim suo explicans, quod fuerit instrumentum *δύαυλον*, duarum fistularum, inter quas medius ponebatur uter rotundus, ex pelle arietis aut vervecis, in quo duae dictae fistulae inferebantur, una sursum altera deorsum vergente; quando vero superior canalis insufflabatur, uter spiritu repletus compressusque, fistula inferiori aërem subministrabat, qui pro clausura vel apertura foraminum in ea dispositorum obstetricantibus digitis varios parturiebat sonos: Ipse *Elias*, qui hoc instrumentum Germanis lyram esse putaverat, monet simul Italici Samphoniam dici. Et fortean haec illi Symphonia est, de qua *Isidorus*, appellari vulgo, scribit, lignū cauum ex utraque parte pelle extensa, quod virgulis hinc & inde Musici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis & acuti gratissimus cantus, licet *Salmutho* tympanum intellexisse videatur (p).

Eqvidem nunc instrumenta reliqua apparatu pari exponenda forent; Neque enim non patere arbitror ex his ignotis, quanta dicendi foret copia, si illa adderemus, de quibus omnino plura novimus & certiora. Restaret adhuc *תביל* tibia ex cannis sive calamo parata; *Chald.* אבוב, *Gall.* Flente, *Germ.* Schalmeyne/ *Luth.* Pfeiffe; & *תביל* tibia lugubris, *Luth.* Ps. LIII. in Chor/ & *LXXXIIX.* Schwachheit: *שופר* sive *קרן*, cornu arietis incurvum, orificio argento obducto, accedens fere ad nostrum *Cornette*: Et *תביל* tuba directa, ex metallo, longitudine paulo minus cubitali, ore angustiori, desinensve in extremitatem campanulae, ut nostrae *Drometen*/ nisi essent inflexae. Circa *κρη*

p) in Panciroll. *Lib. 1. rerum memorabilium.* Vid. quoque *Seruius* in *Aeneid. Virg.* qui tibiam obliquam seu *πλαγίαυλον* interpretatur.


נבל essent נבל nablum, psalterium, *Danieli Gr.* פסנתרין, referens
 formam trapezii, digitis utriusque manus pulsandum, reddens XII.
 tonos, ex quo enatae nostrae *Harffen*: Si acutiorem sonum ede-
 bant, dicebantur עלמות, sive instrumenta virginea; כנור cithara,
Dan. III. Graece קיתרוס ex decem fidibus confecta, & pulsanda ple-
 ctro, nostrae non absimilis; & eius species גתית *Psal. VIII. XLI.*
LXXXIV. cithara Gatho allata; Item עשור, quando decem, &
 שמינית, quando octo fidibus constabat: Videas סבכא Sambucam
Dan. III. Germ. Hackbret / Luth. Geige: Videas נגינתה vel נגינות,
 trifida sive trichorda, a tribus fidibus, instrumenta lignea, longa, ro-
 tunda, & arcu ex pilis caudae equinae fortiter adstrictis radebantur
 ad instar pandurae, *Luth. Seitenspiel*; tale erat שלשם. *Sam. XII.*
 viola trium fidium, *Luth. Geigen*; & מנימ chelys *XXII.* fidium,
Luth. Seiten. Denique מצלותים & צלצלים Cymbala instrumenta
 duo aenea lata & grandiora, tintinabulis circumdata, quae collisa
 sonum fortem & svaviorem edebant, unde Bassus vel vocis infimae
 loco fuisse existimatur; eorūque species מנענעים, tabula lignea &
 quadrata, unde *Chald.* רביעין, super qua globuli lignei aut aenei ca-
 tenae vel chordae inserti extendebantur, quaeve commota strepi-
 tum edebant: תוף a sono, uti *Graec. & Latin.* tympanum est, simile
 minori cymbae, obductum pelle animalis, & plectro ferreo vel ae-
 neo nunc fortius, nunc lenius pulsatum. Clauderet agmen totum
 עצי ברושים crotalum, ligna duo abiegnā, quorum alterum mor-
 tariolum referebat, alterum cylindrum in medio tenuiorem loco
 manubrii, & in utraque extremitate globulorum instar crassiorum,
 quibus, si alterum pulsabatur, clare, non tamen apte Musico concen-
 tui, sonabat. Haec omnino pari modo ex historia Judaeorum, &
 parallelismo Graeco, Latino aliarumque gentium declaranda es-
 sent, addendo, quando & quomodo singula sint usurpata, quae item
 ratio fuerit totius Collegii Musici Regii, quibusve phrasibus ante
 explicandis Hebraeus codex circa ea usus sit. Appendicem fa-
 ceret ingens copia vocum Biblicarum, quas interpretes falso instru-
 menta crediderunt, una cum reliquis in utroque *Talmude* organis
 repertis. Sed prohibemur chartae brevitatem, ne in immensum cre-
 scat disputatio, & malumus a doctioribus doceri, quam ob cur-
 tam supellectilem imperfecta tantum delibare.

S. D. G.

NB. in Praef. not. (s) pro 1. Sam. VII, 5. lege 1. Par. IX, 22.

Catalogue Raisonné

VON





Handwritten text on the parchment label, including the name 'Herrn Johann' and other illegible cursive script.